

Apostolice Legatus. Legati Apostolice in triplici genere sunt. 1. Legati a Latere. 2. Legati nati. 3. Legati missi. Legati nati conferunt primates; habent enim ex antiquo ab Apostolica Sede potestatem in Metropolitanos, quae ubique fere exolevit. Missi dicti olim approbationi nunc vero Nuncios, p. 71.

Lemovicense Concilium. Lemovicense Concilium adscribit S. Martiali honorem Apostolatus. In eodem concessum Monachis jus transfundi a mitiori regula ad strictiorem, p. 267. can. 2. sancit singulis mensibus renovandam esse Bucharistiam, p. 167. 268.

Leo Isaacius. Leo Isaacius bellum contra pias Imagines indixit, Studitarum collegium religionis & scientiarum promptuarium cum selectissima Bibliotheca incendit. Aeneam Salvatoris effigiem ex frontispicio templi dejecit. Joannis Damasceni venerationem facrarum imaginum scriptis propugnantis dexteram abscidit, quam illi Deipara Virgo invocata restituit. Ab ipso defecit ejus in Italia exercitus. Quam rebellionem Gregorius Papa II. sedare frustra conatus est. Ea defectione Leo effertus collecta ingenti classe Italiae & Pontificis molitur exitium, sed classem gravem tempestas ad litus Adriaticum allisit. Aliis denique calamitatibus Leo confictatus inter dira viscerum tormina infelicem animam evomuit, relicto deterrimo filio & successore Constantino Copronymo, p. 213. n. 2.

Leo Copronymi filius. Leo Quareus Copronymi filius, quum detractam e Templo B.M. Virginis olim a Mauricio dicatam coronam capiti suo imposuisset, gemmis & carbunculis radiantem, nascentibus inde anthracibus capite intumuit, & dira febre extinctus est, ibid. num. 3.

Leo Papa. Leo dictus VIII. Papa schismaticus Octaviano dicto Joanne XII. exulante, decretum eudit in Romana Pseudo synodo, praesente Othone I. quod est in Decreto Gratiani in c. in Synodo dist. 63 quo defertur plena Othoni, ejusque successoribus potestas eligendi ac nominandi deinceps Romanum Pontificem; & quancunque Papae electionem a Clero populoque Imperatore invito factam pronunciat irritam. Et quoscunque sic eligentes excommunicat. Sancit insuper quoscunque Episcopi, vel Abbatis electionem, aut ordinationem habendam esse pro inani & invalida, nisi ex consensu Othonis & successorum ejus gesta res fuerit. Quibus etiam investiturarum jura indulget, dum sint a simonia remota, p. 238. 239. n. 28.

Leonides. Leonides Origenis pater sub Severo Martyr, p. 41. n. 3.

Leporius. Leporius Presbyter, & Monachus Gallicanus ab haereticis, in quas prolapsus fuerat, per S. Augustinum resipuit, p. 128. num. 19.

Liberius. Liberius Papae lapsus in conciliabulo Sirmiensis, p. 66. n. 21.

Litterarum canonicatum seu formatarum diversae species. 2. Communicatoriae seu pacifice concedebantur ab Episcopis iis, qui peregre ibant, ut a Fidelibus, per quos transibant, curarentur. 2. Circulares ad diversas subjectas Ecclesias ab Episcopis vel Synodis. 3. Communitoriae, qua Papa Legatis suis expediebat, formas & mandata Apostolicae Legationis praescribentes. 4. Commendatitiae in testimonium, & commendationem benemeritarum personarum peregre proficiscentium. 5. Dimissoriae pro suscipiendis ab alieno Episcopo Ordinibus. 6. Paschales ad indicendum per Ecclesias diem sequentis Paschatis, p. 20.

Londinensia Concilia. Londinense Concilium totius Britanniae insulae nationale anni 1075. sub Gregorio Papa VII. p. 271.

Can. 1. Quali ordine Patres in Concilio sedere debeant, ibid. Can. 2. De disciplina monachorum, & vita regulari, ibid. Can. 3. De sede Episcopali non in vicis, sed in civitatibus collocanda, ibid. Can. 4. Ne quis alienum Clericum sine propriis Episcopi commendatitiis aut dimissoriis retineat, vel ordinet, p. 272. Can. 5. Ne quis in Concilio sine licentia loquatur exceptis Episcopis & Abbatibus, ibid. Can. 6. De impedimento matrimonii ex cognatione naturali usque ad septimum gradum, ibid. Can. 7. Superstitiones ex aruspina damnantur, ibid. Can. 8. Ut Clericus abstineat a judicio sanguinis, ibid. Londinense alterum Concilium anni 1111. p. 280. Cui praesedit Anselmus Britanniae Primas sub Paschali Papa II. Can. 1. Ne Episcopi secularia placita suscipiant, & honestas ubique personas suae conversationis testes habeant, ibid. Can. 7. Ut filii Presbyterorum non succedant patrum suorum ecclesiis ac beneficiis, ibid. Can. 16. Ne ulla consecratur Ecclesia, donec illi provifum fuerit de necessariis ad cultum & ministerium, ibid. Can. 12. Ne fiant clandestina matrimonia: & si fides ab uno conjugum data fuisse negetur, non reputetur, nullum exiitifici matrimonium, ibid. Can. 23. Viri ita tondentur, ut aurium pars appareat, & oculi non tegantur, ibid.

Videtur laicos, hic etiam comprehendi: quemadmodum in Concilio Rotomagensi sic decernitur: Nullus homo comam nutriat, sed sit tonsus; aliqui excommunicentur. At enim Apostolus 2. Cor. 11. Ut quidem si comam nutriat, ignorantia est ei. Et canon iste 23. indefinite sancit, ut crinici sic tondentur, &c. Concilli Rotomagensis anno 1096. can. 6. sic decernit: Nullus homo comam nutriat, sed sit tonsus, aliqui excommunicentur.

Londinense alterum Concilium anni 1268. ab Ottobono Cardinali Legato Clementis IV. Pont. celebratum, p. 319.

Can. 1. Ut Parochi formam baptismi vulgari sermone parochianos doceant, ut in necessitate possint baptizare, ibid. Can. 2. Ut nihil exigatur pro christumate vel oleo infirmorum. Ubi plura de sacris unctionibus, ibid. Can. 5. De tonsura, & vestibus Clericorum, ut vestes saltem infra medias tibias descendant, & ut patentibus auribus tondentur, p. 321. Can. 9. De qualitate & ordine praedicatorum, & de residentia habentium curam animarum, ibid. Can. 12. Ut unus beneficii unus sit rector, ibid. Can. 13. De immunitate Ecclesiarum, & ad eas confugientium, p. 321. Can. 18. Ut Clerici suorum beneficiorum domos aliaque aedificia reficere & conservare studeant, ibid. Can. 20. Ne pro penitentia peccatorum pecunia exigatur, ibid. Can. 22. Ut Episcopi praesentes sint in diebus Ecclesiarum solemnibus, ibid. Can. 23. Ut Praelati regulares in sibi subditis parochiis Vicarios praesentent ab Episcopo instituendos, assignata ipsis congrua portione, ibid. Can. 30. Ut rite examinentur praesentati ad curatum beneficium, ibid. Can. 31. De prohibitis beneficiis commendis, ibid. Can. 32. De Praelati electi confirmatione, p. 322. Can. 33. Per promotionem ad Episcopatum praecedentia beneficia vacare, ibid. Can. 34. Ne fiat pactio cum patrono ad habendam praesentationem, ibid. Can. 42. Ut necessaria religiosis ministrentur in speciebus, non in pecunia numerata, ibid. Can. 43. Ne Monachi aut Clerici regulares in suis monasteriis aut capellis soli venentur, ibid. Can. 44. Ne materia aut possessiones aut Ecclesiae vel capellae monachis ad firmam locentur, ibid. Concilia Londinensia adversus haereses Joannis Wicleffi celebrata, p. 344.

Longobardorum Italiam, impellente Narsete eunuchio, invadentium historia, p. 195. & seq. ibid.

Lotharius primus contra patrem Ludovicum Pium una cum Pipino & Ludovico fratribus rebellat; quem imperialibus insignibus exutum & depositum dignitate in monasterium detruendi faciunt. Patre demum in Imperium restituito, & aliquanto post vita functo Lotharius, conmittitur, integram, quam pater Ludovicus possederat ditionem, exclusis fratribus, succedere, quos bello laeserat, Ludovicum & Carolum Calvum. Acertinum praelium ad Fontinacum inter tres conferitur, quo Lotharius victus pacem deponere compellitur. Ludovicus, dictus Germanicus, continentem, quae a Sinu Codano, hoc est, a mari Balthico ad Rhenum exporrigitur, nactus est. Carolus Calvus Franciam Occidentalem nomine Neutrium sortitur una cum Belgicis provinciis, quas postmodum in dotem pro filia Juditha ejus marito Balduino Flandro contulit. Reliquae Imperii provinciae cum Austria, id est Orientali Francia, Lothario attributa. Qui vivens suas ditiones inter suos filios partitus est. Ludovicus secundo reliquit cum Italia Imperium. Lothario Austria a suo nomine dictam Lotharingiam, quae tunc late patens multas complectebatur provincias. Carolo natu minori filio Provinciam cum Massilia Lugdunensesque & Viennensem provincias cum Velfundia, & Sabaudia assignavit. Ipse vero monachatum in monasterio Prumiensi usque ad mortem professus est, p. 228. n. 12.

Lucia. Lucia Virgo Siracusana Martyr sub Diocletiano, p. 44. n. 18.

Lucianus. Lucianus Presbyter Antiochenus translatione Graeca sacrorum Librorum celebris, martyrium passus fuit Maximiano persecutore, p. 45.

Lucilla. Lucilla odio percita in Caecilianum Carthaginensem Episcopum schisma Donatistarum pro viribus promovet, p. 56. n. 1.

Lucius. Lucius Pontifex Rom. sub Valeriano Martyr, p. 43. n. 16. Lucius Britanniae Rex ab Eleuthero Papa expetit & impetrat praedicatorum Christianae Religionis, p. 41.

Ludovicus Pius. Ludovicus Pius Imperator Bernardum ex fratre nepotem rebellionis praeterita veniam sponte deponentem excacari iussit, quae ex causa triduo post moritur. Cujus severitatis publicam egit poenitentiam. Qua peracta ejus filii ex priore Irmingarde nati, ipsum per damnabilem ambitionem regno privaverunt, quod inter se partiti sunt, & cum Monasterio cluserunt; Juditham vero posteriorem uxorem in monialium Monasterium per vim intruferunt, ne Carolus ex his secundis nuptiis natus, sibi debitam regni partem vindicaret, p. 227. n. 9. Reliquam historiam superius require in Lothario.

Ludovicus Transmarinus. Ludovicus Transmarinus ex Anglia paternum in regnum accersitur post Eudois intrusi obitum. Idem Normannos in Aquitania grassantes aliquot praesiliis reprimat. Lotharingiam de Othone Germaniae Rege vendicari connixus, ejus & Hugonis Franci rebellis conjunctis armis repellitur, p. 257.

S. Ludovicus Franciae Rex studio Christianae religionis incensus, cum valida classe trajecto mari bellum Aegypti Sultano inferret primoque impetu Damietam expugnavit. Sed in ejus castra locis palustribus sita, & hostibus simul Niloque circumclusa, huc pestifera, rerumque omnium penuria incessit, adeo ut Franci passim interirent, & pauci superstites vitibus exhausti deficerent. Rex tamen intrepidus ejusque fratres Alfonso Piavientis, & Carolus Andegavensis Comes fortiter pugnantes ab hostibus capti sunt. Res tamen majori, quam sperabatur, facilitate compositae sunt, Deo animos infidelium ad humanitatem inflectente. Captivi convento pretio dimissi sunt, eoque moderato. Damietta restituta, & induciae in decennium firmatae. Alteram tamen expeditionem Rex sanctus in Africam exorsus est, castrique ad Tunerum dispositis, ingruente per exercitum pestilentia Rex contractus spiritum Deo reddidit, p. 296. n. 14. S. Ludovici IX. Franciae Regis Capitularia & Pragmatica Sanctio, p. 318. & seq.

Ludovici Bavariae Germaniae Regis, & Joannis XXII. Papae dissidia, p. 333. n. 7. & 8.

Ludovici XII. Francorum Regis bella cum Mediolanensibus, cum Venetis, & cum Julio II. & cum Rege Hisp. Ferdinando, p. 375. & seq.

Ludus. Ludus & thymelicorum sacris Clericis interdicta spectacula, p. 108. Ludi publici & tabernae & choreae prohibita diebus Dominicis & Festis, maxime tempore divini Officii & praedicationis. Eaque sollicitudo prohibendi Magistratibus incumbit, p. 422. n. 5. p. 428. cap. 12. p. 66. 67. n. 8.

Lugdunensis & Viennensis Ecclesiarum persecutio sub Marco Aurelio, p. 13. n. 10. Lugdunensis clades & incendium a Septimio Severo, pag. 41. num. 2.

Lugdunense generale Concilium I. sub Innocentio Papa IV. regnante S. Ludovico. In eo Fredericus II. Imperio deponitur, cui sufficitur Henricus Turingiae & Hassae Landgravius, p. 313.

Ibi declaratur electionem esse juris ordinarii, & distingui a postulatione, quae est juris extraordinarii, cum dispensationem perat, p. 314. Item plures actiones personales non esse coram diversis iudicibus intentandas, ibid. Item in electionibus vota rejici conditionalia, ibid.

Conservatores a Papa concessos debere ab injuriis manifestis clientis protegere, non tamen iudicio fungi, ibid. Cardinales Legatos a Latere, auctoritate poltere conferendi beneficia in provinciis, ad quas mittuntur, ibid. Neque Remensis Archiepiscopus, neque alios Metropolitanos jus in suscitandis dicere posse, nisi in causis appellationum, ibid.

De sententis excommunicationis, suspensionis & interdicti in scriptura profertur, adjecta etiam harum censurarum causa, p. 315. & seq.

Exempti seu Apostolice Sedi immediate subjecti conveniri possunt coram Ordinariis, si delinquant in loco non exempto, aut ratione contractus vel rei, p. 317.

Ad cautelam indulgetur appellanti absolutio, ibid. Excommunicatio proferatur contra civitatem aut collegium, sed contra singulares personas, quae deliquerint, ibid. Praelatus contra saecularem potestatem gladio spirituali se ruetur, p. 318.

Cardinalibus insigne rubri pilei Concilium istud indulget, ibid. n. 11.

Lugdunense Concilium II. Lugdunense alterum generale Concilium a Gregorio Papa X. celebratum. In eo Michael Palaeologus Graecorum Imperator per suos Oratores rogavit, in unitatem Ecclesiae admitti Romanam. Multa etiam de Romani Pontificis electione constituta, p. 322.

Can. 11. Decernitur, Spiritum sanctum ex Patre Filioque non duabus spirationibus, sed unica ab aeterno procedere, ibid.

Can. 2. Providetur, ut in quacunque civitate Papa deceaserit, Conclave erigatur, decemque ab obitu evactis diebus intrent Cardinales in conclave, incipientique novi Pontificis electioni operam dare nemine expectato. Supervenientes autem Cardinales re adhuc integra admittantur, singulis horum habeant seculum singulos administratos, sive laicos sive clericos. Nullusque pateat ad inclusos Cardinales aditus, nulla scriptura, nullum colloquium, nullum nuntium. Post paucos ab ingressu dies fiat festum ciborum diminutio. Unicum sit in prandio, & unicum

caenam seculum, & si sit diuturnior mora, nihil praeter panem, aquam & vinum subministretur. Interim preces ad Deum & elemosinae frequentes adhibeantur, ut fausta & felix succedat electio, p. 323.

Can. 3. De electione postulationeque Praelatorum, & de oppositionibus festine dirimendis, ne diu vacent Ecclesiae, p. 324.

Can. 4. Ne electi se ingerant, priusquam electio confirmata sit, ibid.

Can. 5. Ut si electus intra mensem a die electionis non consenserit electioni suae; aut si superior post electi consensum intra tres menses non consenserit, aut non approbaverit, procedatur ad novam electionem, neque ullum jus ex priori electione cuiquam acquiratur, ibid.

Can. 7. Nemini licere datum suum scrutinium revocare, aut post consensum electi electionem impedire aut suspendere, nisi quaedam de novo malitia dignoscatur, de cujus praecedenti ignoratione jurandum est, ibid.

Can. 12. Circa nova regalia, ibid.

Can. 13. Nullus ad regimen Parochialis Ecclesiae assumatur, nisi idoneus scientia & moribus, & intra annum fiat Presbyter, p. 325.

Can. 14. Ne commendetur Ecclesia Parochialis ultra semestre, ibid.

Can. 18. De incompatibilitate beneficiorum nisi Apostolica dispensatio ex rationabili causa accesserit. Si vero dispensatum sit, curet Ordinarius providere Vicarios, qui suppleant, assignata fructuum parte, huic incompatibilitati, ibid.

Can. 19. De advocacionis & procuracionis officio fideliter exequendo, praestito ante Juramento in foro Ecclesiastico, ibid.

Can. 21. De dignitatibus, beneficiis & officiis in Curia Romana vacantibus a solo Pont. Rom. conferendis, ibid.

Can. 22. De rebus Ecclesiae non alienandis sub gravibus penis cum nullitate actuum, ibid. p. 326.

Can. 23. Prohibet, ne quis novum ordinem aut Religionem instituat, aut novum religionis habitum assumat, ibid.

Can. 24. De procuracionibus inter visitandum ecclesias, & ordine a Praelatis in his servando, ibid.

Can. 25. Quanta devotio & silentio versandum sit intra Ecclesiam. Neve ulla judicia, strepitus aut confabulationes misceantur: Acta vero & processus judicarii aut negotia nullius sint roboris. In his vero Praelati rectores invigilent, ibid.

Can. 26. Usurariam appolitis penis compescit pravitatem, ibid.

Can. 29. Qualem censuram incurrant, participantes cum excommunicatis. Et de praemittenda triplici admonitione cum intervallis aliquot dierum, nisi casus, aut facti gravitas, ac periculum aliud suadeat, p. 327.

Appendices duae praecedentis Concilii. Dissertatio de processione Spiritus sancti, ibid. Cui altera similis videnda post finem Concilii Florentini, p. 369. & seq. de additione ad Symbolum. Altera appendix de electione Rom. Pontif. Et de Cardinalibus horumque institutione, progressu & dignitate, p. 328. & seq.

M

Macedonius.

Macedonius primum inter Acacianos absolutus Arianus, postmodum Semiarianus, & Homeousion Filium Dei predicavit ac Patri similem. Ideoque ab Acacianis Constantinopolitana sede deturbatus novam contra Spiritum sanctum haeresim proculdit, illum Filio inferiorem, Filioque servum & creaturam impie praedicans; damnatus postmodum in Concilio generali Constantinopolitano fuit, p. 104. n. 5. & p. 111. n. 2.

Magdalena.

Magdalena Christi discipula & Maximinus inter praecipuos diocesis Metropolitanae Aquilensis recentiorum a Paschali II. Rom. Pontif. p. 286. n. 6. in ejus rescripto concessio anno millesimo centesimo tertio.

Magia.

Magia & Necromantia damnatae, p. 50. n. 11. p. 64. n. 9. & seq. p. 52. n. 17. & p. 61. n. 26. & p. 445. n. 2.

Magistratus.

Magistratus Catholici juramento se abstinent ad ea quae sunt iustitiae sui officii, neminem laedere, jus suum unicuique tribuere, munera non accipere, neque permittere amicis aut domesticis vel clientibus suis largitiones accipere, & si acceperint, restituere, nec mutuum accipere; aut incursionem vel hospitia pretio redimere, aut aliam, crapulam, & tabernas aperiri